



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Ultimarum Voluntatum duorum  
celeberrimorum iurisconsultorum**

**Canis, Johannes Jacobus**

**Constantia, 1593**

**VD16 ZV 2896**

2. Mulier executrix creata à marito, an finiatur executio ea conuolante ad secundas nuptias.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

prijs rebus sepe reuocet id quod egit. l. 1. ff. ad  
 ad S. C. Macedon. ad executionem tamen te-  
 stamentariam admitti eam constat ex l. à filio.  
 in prin. ff. de alimē. & ciba. leg. Mæuius infan-  
 ti (inquit Scæuola) alumno meo, quinqu-  
 ginta dari volo. Quæ (peto à te) suscipias seia:  
 & usuras ei quincunces in annum vsq; vige-  
 simum ætatis præstes: eumq; suscipias & tueri-  
 ris Item, institutio collegij committitur fœmi-  
 na heredi. in. c. nos quidem. de testa.

2 Quo circa † Bar. in. l. alio herede ff. de ali-  
 men. & ciba. lega. tractat hanc. questionem.  
 Esto, vxorem à marito suo designatam, esse ex-  
 ecutricem. Illa deinde secundas contrahit nup-  
 tias. Finitur ne tum executio? quemadmodum  
 de tutela dicimus: iuxta auth. matri & auie.  
 C. quand. muli. tute. officii. Respondet ipse: non  
 finiri executionem per secundas nuptias. Simi-  
 litudinis argumentum à tutela ductum refellit:  
 data dissimilitudine. Nam tutela finitur de-  
 portatione. l. si arrogati. in princi. ff. de lega. 2.  
 Vult igitur hoc efficere, quod executio diffici-  
 3 lius tollatur, quàm tutela. Sed † cū executio testa-  
 mentaria, propter negligentiam eorum quibus  
 est